Re. Sept. 9 1736. + 176.
358

doctissimo uiro Alphonso des vignoles
renatus iosephus Tournemine
Societatis iesu
Salutem plurimam

Facit indolis tuæ bonitas ut pro munere
exiguo gratitudinem nimiam rependas
uir illustrissime quem in sinu patriæ
amplecti uellem una mecum auitæ
et ab apostolis usque perennanti religioni
addictum, patriæ honorificum suspicio.
doleo te læsum a triuultiensibus
nostris, certe lædendi animus abfuit.
Spondeo non superiorum consilio sed
priuato iudicio unum ex iis scripsisse
quæ tibi displicent. noui certissime illum
a deliriis harduinianis longe abesse
nec de uindicando harduino somniasse.
multo minus ~~cogitauit~~ ~~retardare~~
~~editionem~~ utilem reipublicæ literariæ
chronologiæ tuæ editionem deturbare

358v

presumpsit in quo me valde
contrarium.
~~contrarium~~ habuisset et omnes literarum
amatores.
legi responsionem tuam paulo acerbiorem
sed ignoscendum literatis cum disputationum
aestu abripiuntur ignosce uirissimi
quod me attinet perpendas uelim
rationum momenta quae me impulerunt
ut cyropaediam existimarem opus
accuratum et dignum fide ac ~~nauci~~
repudiarem
~~[illegible]~~ ciceronis coniecturam ex qua
deinceps quidquid contra cyropaediam
allatum est profluxit. mecum sensere
decem authores magni nominis et
uerae critices periti ~~alia~~ allati ~~iste~~ a
triuoltiensi commentatore quibus
addere debuit usserium in ueteri
historia uersatissimum et bossuetium.
aliosque aut mortuos aut uiuentes.
erratum a me fateor qui etesiem
dictum de persarum archiuis
xenophonti tribuerim tibi
debeo erroris animaduersionem
~~nuerum~~ xenophon protestatur se de rebus
cyri diligenter inquisiuisse et quae
certa intellexerit ea retulisse.

expecto judicium tuum de scriptis
meis chronologicis Salutes velim
meo nomine ~~dominum perard~~ dominum
~~[illegible]~~ perard, dominum iourdan
potentissimi regis vestri bibliotecarium
dominum de la crose merito commentis
harduinianis infensum. quae subdolo
repullulantia in patre isaaco ~~berry~~
berruyer et paucis fautoribus confutaui
et damnari curaui.
attendas velim aduersus aschilli
hine medicae historiae seriem germanam
deduxi
Syncelli paginam ~~[illegible]~~ lege ducentesimam
vigesimam secundam ibi bis darius
astyages et assuerus dicitur ~~[illegible]~~.
goar in margine addit nabonidam
~~[illegible]~~ incogitanter.
vale nos ama et cito chronologiam
tuam in lucem preme.

A Monsieur
Monsieur des vignoly
de lacademie roiale de
berlin
~~6~~ 10 a berlin

10 7½

1695